



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

80. An si quis fornicaretur gestando aliquod frustulum Reliquiæ Sanctæ  
Crucis, Clavorum, vel spineæ Coronæ, aut Hostiæ consecratæ occulte,  
debeat necessario hanc circunstantiam in confessione ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

sapientissimus Oviedo in p. 2. D. Tomeo. tr. 6. contr. 5. puncl. 3. §. 10. n. 70. Vnde in summa Llamas inveniuntur expuncta talis opinio iussu nostra Sanctæ Inquisitionis Hispanicae, in Indice expurgatorio edito anno 1632. à Cardinali Antonio Zappata littera H. secunda Classis. Et ideo non approbo id, quod afferit nouissime Tamburinus in Method. expedit. Confess. I. 2. c. 5. §. 10. n. 66. vbi sic ait: si tu tuis manibus pollutas vxoriam, vel Sacerdotem, &c. debes id explicare, quia cooperari ad adulterium, vel sacrilegium; at si te suis manibus alias pollutas, parum referit pro tuo peccato contra Castitatem, quod ille fuerit vir, vel foemina, vel Sacerdos; tunc enim si aliud non additur se habent illæ manus, ut merum instrumentum; & solum adest cooperatio cum alterius te pollutis peccato. Ita illæ qui sentit cum Llamas, scilicet patientem pollutionem ab aliquo, in Sacris constituto, non teneri amplius dicere, nisi paucus sum voluntariè pollutionem tacitibus alienis, & non teneri explicare circumstantiam personæ sacrae. Sed hanc sententiam, vt diximus, delevit ex Llamas index expurgatorius. Rechè itaque Trullench in Decal. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 8. §. 1. m. 2. sic ait: Hinc fit quando molles committitur tacitibus Professi, aut in Sacris cōstituti, esse id in confessione aperiendum, vt bene existimat Diana tract. de circumstantiis, ref. 53. contra Llamas summa part. 3. cap. 8. §. 16. Ita Trullench, & iterum ego. Vnde cautæ legendi sunt Tamburinus, Gelfaldus, Graffius, Molensiensis, & Caramuel: & caveant in posterum. Autores hanc sententiam in suis Operibus amplius imprimere.

## RESOL. LXXVII.

An mulieri peccanti cum Religioso Sacerdote facit se dicere se commisere sacrilegum cum Sacerdote, vel iniunctio sacris Ordinibus?

Et an Religiosus Sacerdos, quando se accusat in confessione in simili casu non teneatur dicere se esse Religiosum Sacerdotem, sed suffici dicere se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum. &c. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 3.

Sup. hoc sup. §. 1. Negatiuè responderet Sotus in 4. dist. 18. q. 2. in Ref. 33. §. Et in hoc, & inf. lib. 2. q. 8. art. 5. ad 1. Coninch de Sacr. disq. 20. dub. 3. n. 131. Ledefina in sum. to. 1. de penit. cap. 19. de circumstantia persone. dub. 2. Ref. 3. & §. 1a Ref. 4.

**N**egatiuè responderet Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. & de inf. lib. 2. q. 8. art. 5. ad 1. Coninch de Sacr. disq. 20. dub. 3. n. 131. Ledefina in sum. to. 1. de penit. cap. 19. de circumstantia persone. dub. 2. Ref. 3. & §. 1a Ref. 4.

Zanardus in direct. Theol. part. 1. tract. de penit. c. 1. Peirus Fay in addit. ad 3 part. quest. 9. art. 2. dist. 7. ad 3. & alij: quia votum solemnis castitatis à Religioso emulsum, alterius speciei est à specie voti Sacerdotis, in Ordine suscepito.

2. Sed ego contra trium afferendum esse censeo: & ita docet Pittigianus in 4. serv. tom. 2. dist. 16. q. vñica, art. 5. Henriquez lib. 5. de ponit. c. 5. n. 6. in Gloss. lit. G. Sanchez de mar. lib. 7. dist. 27. n. 27. & nouissime Villalobos in sum. tom. 1. tra. 9. cap. 37. n. 13. vbi ita afferit: *El Sacerdote profeso en el pecado de la carne satisfaga con decir, que es profeso, o que es Sacerdote. El fundamento desta sentencia es, que el Sacerdote no tiene obligacion a la castidad, mas que la del voto solemne, que assi se incluye, y assi el voto del Sacerdote, y el del Religioso no hacen diferente especie, si no sola es reiterar el voto, como el que hizo esse tres, o quarto vños voto de ayunar los viernes: que se le quebrafe, no haze mas que un pecado: que es como el que hizo muchas escrituras de obligacion para pagar una deuda, que no por eso queda obligado a pagar mas.* Ita ille, qui etiam citat Medinam, Azorriam, & Rodriguez. Et hanc sententiam probabili vocat Ioann. de la Cruz in director. confc. part. 1.

precept. 6. art. 6. dub. 8. conclus. 3. & Lessius lib. 4. c. 3. dub. 12. n. 87.

3. Dicendum est igitur; pcniteniem accusante se de copula, satisfacere dicendo in confessione, se habuisse copulam cum Sacerdote; & non tenetur dicere, illum Sacerdotem fuisse Religiosum. Ita, Religiosus Sacerdos, quando se accusat in Confessione, non tenetur dicere, se esse Religiosum Sacerdotem; sed suffici dicere, se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut sacris Ordinibus initiatum, &c. Et hanc sententiam etiam probabilem vocat Fagundez de Precept. Eccl. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 4. in fin. Vide super hac materia tertiam meam Partem, Ref. 67. tract. 4. de Sacrament.

## RESOL. LXXXIX.

An mulier habens rem cum Nonitio, vel solitu cum Novitio Religiosa teneatur aperire banc circumstantiam?

Et quid, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 7.

§. 1. A Ffirmatiuè responderet Llamas in summa, Ap. 3. c. 8. §. 14.

Sed mihi placet contraria sententia, quam docet nosfer Megala in 1. part. lib. 5. cap. 1. num. 7. quia, cum hac circumstantia sit tantum aggrauans, non est in Confessione aperienda. Quæ doctrina magis procedit, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum: quia talis circumstantia non ita nobilititer aggrauat malitiam luxurie. Et ita docet Llamas ubi supra.

## RESOL. LXXX.

An si quis fornicaretur, gestando aliquod frumentum Reliquia Santa Crucis clavorum, vel spine cor. Reliquia, aut Hostia consecrata, occulte, debet neferari banc circumstantiam in Confessione explicare?

Et quid gestando Reliquia Sanctorum, vel Agnus benedicatum?

Idem est, quando non solum quis cum complice peccat, sed etiam cum poluerit se ipsum.

Et idem est, si Parochus, dum iret cum sacro oleo ad ministrandum Sacramentum Extremae Unctionis, in inservire cum illo rem haberet cum muliere. Ex part. 11. tract. 8. & Mise. 8. Ref. 58.

§. 1. O Lim docui fornicantem gestando Reliquias, vel Agnus benedicatum non esse Reliquias, hanc circumstantiam explicare, & ita me citato cum Sanchez, Fagundez, Lugo, Filliucci, Trullench, Bonacina, & aliis tenet Leander de San. cram. tom. 1. tract. 5. disq. 8. quæst. 15. quia comitante tantum se habent ad æctum venereum, sicut ad quodius aliud peccatum. Verum hanc opinionem ego non auderem extendere ad fornicantem, & gestantem Reliquias Sanctæ Crucis, clavorum, vel spine cor. Reliquia propter contactum phycicum Corporis Domini nostri Iesu Christi, vnde ex hoc ad Ecclesia coluntur adoratione.

2. Et idem puto si aliquis ex iusta causa gestat Sacra Eucharistiam occultant, & cum illa fornicetur, vnde ad elucidationem omnium si prædictorum, non defrauen hic apponere verba Patris Dicastilli, qui de Sacram. tom. secundo, tractat. 8. disq. 9. art. 8. num. 7. 18. sic ait: Dubitate quis posset circa hanc circumstantiam, quomodo id de quo agit Sanchez lib. 2. moral. cap. 40. num. 28. & ante ipsum Azor. & alij.

# De Circumstant agrau Ref. LXXXI. &c. 383

alij referendi. An felicet peccatum admissum gestando reliquias sanctas in collo aut alijs imaginem, si id peccatum alioquin non sit directe contra colum eis debitum, sit peccatum explicandum in confessione: Eadem questionem tractant alij in particulari casu exercendi actum venerunt ea liplana gestando.

3. In hac te Philarchus de officio Sacerdotis tom. 1. pars. 2. libr. 3. cap. 9. ad finem, affirmare videtur, Sanchez vero citatus vniuersim videtur negare, & in eandem sententiam refert Azorium tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæstione septima, quamus enim de quibusdam peccatis loquatur Azor. verbi gratia puerandi, furtandi, detrahendi, maledicendi, &c. & non vtatur exemplo fornicationis, idem putat Sanchez illum sensibile hoc. Cum Sanchez confensit Fagundez in primo precepto Ecclesiæ numero primo, cap. quarto. non. 13. Diana etiam, qui tum part. 1. tractat. 7. de circumstantiis aggrauantibus. tum part. 3. tractat. 4. resolut. 6. 7. vbi in resolut. addit etiam Sylvium secunda secunda, ad quæst. 1. 5. 4. articul. decimo in fine, duo in hac re possumus quererere, primò an sit irreuerentia, deinde an sit grauia, & explicanda in confessione, mihi in hac videtur distinguendum inter actiones, que peccata sunt, itavt quadam in prudenti hominum estimatione videantur afferre secum irreuerentiam, si exerceantur à gestante secum aliquid factum; quedam vero non ita, ideo merito Azor in predictis peccatis posuit exemplum, & non in fornicatione; licet quæstionem generaliter moritur. Exercere ergo actum europeum cum meretrice non videatur posse negari esse aliquam irreuerentiam, si quis simul habeat secum Sanctorum Reliquias. Sed Cardinali Lugoni non videtur irreuerentia tanta ut sit mortalis, adeoque debat explicari in confessione, quod mihi quoque videtur probabile (præterea cum non sit lex Ecclesiastica, que id constituit in materia irreuerentiae erga reliquias Sacras) Ideo cum Azorius sentio (in quo à fortiori confensit Sanchez) non esse irreuerentiam reliquiarum si quis eas gestet, tunc ex ira maledicere alicui, aut tunc furari, &c. esse tamen (ut sentit Lugo) irreuerentiam aliquam tunc fornicari, nisi forte inadvertentia, aut ignorantia ab omni culpa excusat, tales enim actus, & similes in prudenti estimatione continent indecentiam, licet, ut dicemus non mortalem. Posset tamen tanta esse sanctitas eius, quod gestatur, & adeo creferre inde irreuerentia in tali actu, sub ea circumstantia, ut merito confessio grauissima; Ideo merito dixit idem Cardinals disputatio illa decima - sexta, numero 513. Loquens de Sacerdote, qui secum portans Eucharistiam tale peccatum committeret. Ego sanè non excularem a peccato graui contra Religionem, cui doctrina omnino subscrivo. Addit tamen non esse eandem rationem de quolibet alio peccato mortali, verbi gratia, detractione contumelia, &c. Quamvis & in hoc ego non possim non videre magnam irreuerentiam, si quis Sacerdos portans secum pro agro venerabile (etiam secreto ut in aliquibus locis iustis de cau his fit) interim diuenteret, & in conuersatione effutret detractiones, contumelias, penuria, aut etiam minus honestis, & decentibus Ludis, Aleæ, Cartifoliorum, & similibus vacaret. Verum hac omnia prudentis estimationis iudiciovidetur relinqua. In quo mihi nulla occurrit regula generalis ad id discernendum. Huc vñque Di castillis.

4. Et omnia superius dicta ego puto non solum procedere quando quis cum complice peccaret, sed etiam cum pollueret se ipsum, militat eadem ratio, tempe irreuerentia nimis magna. Ergo, &c.

5. Imo ego puto idem dicendum esse, si Parochus dum iret cum Sacro Oleo ad ministrandum Sacramentum Extremæ Vnctionis infirmo, in itinere cum illo rem haberet cum muliere.

## R E S O L . LXXXI.

An gestatio Reliquiarum, in actu venereo, vel illas amas dare, si circumstantia in confessione aperienda?

Idem est de Agno benedicto, vel calculo cum Indulgencia.

Et quid, si predictæ res dentur amas non ex gratitudine, & benevolentia, sed tanquam pretium actus venereian in isto casu ester Sacilegium hoc facere? Ex part. 1. tractat 7. Resolut. 18.

§. 1. R Espondeo, quod si in actu venereo gestetur Reliquia, vel Agni benedicti, vel calculi cum Indulgencia, non committitur Sacilegium, nec in principio talis est circumstantia in confessione explicanda; quia comitanter se habent ad actum venereum. Quod etiam procedit, si dictæ res sacrae dentur amas ex gratitudine, & benevolentia; non autem tanquam premium actus venerem: nam in isto casu ester Sacilegium hoc facere; in primo vero est tantum irreuerentia quædam, re sacra, & Deo dicata remunerando actum turpem, & profanum. Et ita docet Fillius tract. 2. tract. 3. c. 7. n. 229. Ad tertia huins Operis Partis Tractatum 4. de Sacram. \* Resol. 67.

Sup. hoc in Ref. prædicta  
Ref. prædicta  
§. 1. sed legè  
cam per tota  
& infra in  
Ref. 16, §. 1a  
Ref. 18.

\* Que hic est  
infra Ref.  
16, §. 1a  
Ref. 18.

## R E S O L . LXXXII.

An si quis haberet concubitum cum vestibus sacris, ista polluerentur, & deberet hanc circumstantiam in confessione aperienda?

Et an in tali casu uestes sacra debet iterum benedici? Et cur sim doceas perditissimos homines in ore coire, & in hoc casu turpitudine illa contra naturam confititis; unde hoc in confessione explicandum est. Ex part. 10. tract. 1. 2. & Msc. 2. Resol. 55. alias 54.

§. 1. A ffirmatiuè respondet Marchant in Tribunali Sacram. to. 2. tract. 7. tit. 1. q. 2. §... resolut. 2. vbi sic ait: ad Sacilegium spectat, si quis in habitu Sacro, ut Planeta, Calula, Tunica, Alba, vel alijs ornamentiis Sacris secundum concubitum haberet, illa enim istis creditabilius sicut & Ecclesia contaminantur. Vnde qui Sacris amictus peccatum carnis committeret, crederem illum circumstantiam illam debere exprimere, tanquam Sacilegium extrinsecum constituentem. Ita ille. Vnde si quis haberet copulam cum vestibus Sacris, ista uestes tanquam polluta deberet iterum benedici, ut de Ecclesia polluta ex concubitu, vel emissione feminis statuitur.

2. Nota etiam hinc obiter cum eodem Marchant vbi supra, §. 7. resolutione secunda, quosdam perditissimos etiam in ore coire, & in hoc turpitudine illa contra naturam confititis; unde in confessione hoc esse explicandum alibi docuimus.

Alibi in to. 2.  
tr. 6 Ref. 184.  
§. vlt. ad me-  
diū, à vers.  
Et ideo,

## R E S O L . LXXXIII.

An sit circumstantia aperienda in confessione, si quis haberet copulam in Oratorio alicuius domus, in quo de licentia Episcopi Missæ celebrantur?

Idem dicendum est, si copula haberetur in Sacrificia Ecclesiæ, vel in porta Ecclesiæ, à parte externa Ecclesiæ.

Sup. prima  
diffic. huius  
tituli signan-  
ter in tom. 4.  
tr. 2. Ref. §. 3.